

D. F. G.

APHORISMI PHILOSOPHICI,

DE

ANIMA MUNDI, QUOS,

Venia Amplissimi Senatus Philosophici, in Regia
Academia Aboensi,

SUB MODERAMINE

Viri Maxime Reverendi & Amplissimi

DN. MAG. CAROLI MESTERTON,

S. S. Theol. Doct. nec non Log. & Metaph. PROFESS.
Reg. & Ord.

Publicæ bonorum disquisitioni sifte

ERICUS JOHANNES LEVAN,

AUSTRO-FENNO.

Die XIV. Aprilis Anno MDCCLIII.
H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

Ab: Chytraeis

Plurimum Reverendo & Praclarissimo VIRO,
Dn. MICHAELI LEVANO,
Pastori in Leal meritissimo, Patruo ut unico, ita pia
mente æternum venerando.

Perquam Reverendo atque Clarissimo VIRO,
Dn. JACOBO OLAO BRANDER,
Scholæ Bicerneburgensis supremo Collegæ dexterri-
mo, Avunculo ut propensissimo, ita sincero animi
affectu, ætatem suspiciendo.

PATRUO & AVUNCULIS BENI-

TOt tantaque Patrue & avunculi B. & P., vestra
deprædicare, multo minus uti decet exosculari; il-
gratus merito vocarer. Perpetuo utique Patrue & A-
rio, quocunque possem modo, animum vobis gratum ex-
stituto, quam qualicunque ejus executione, frustratus
P. Minuscum, imo ne dicam minuscum, paucissima
ram, amicissime accipiat, quibuscunque possim, effla-
perpetua vestra incolumitate, vota fundere ardentissi-

Plurimum Reverendo-
NOMINUM

Cultor obse-
A. &

Plurimum Reverendo atque Preclarissimo VIRO,

Dn. NICOLAO HEDDEEN,

Pastori in Letala vigilantissimo, ut avunculo benignissimo; ita cuiusvis oblervantiae cultu, jugiter prole-
quendo.

Doctissimo & Clarissimo VIRO,

Dn. GABRIELI WINTER,

Pædagogo Neostadiensem adeturatissimo, avunculo
quavis oblervantia nunquam non prosequendo.

GNISSIMIS & PRORENSISSIMIS,

in me extant beneficia, ut illa omnia, vix me iminerim
lorum itaque si memor non essem, in summo gradu in-
vinculi benignissimi & Propensissimi tactus sum deside-
hibendi; at deficiente, haec tenus occasione, tam bono in-
sum. Nunc prodit ad Vos Patrue & Avunculi B. &
folia chartacea, que in grati & devoti animi tesse-
gito precibus. Non defisit in posterum mens pia, pro-
ma, quibus continuo inhæredit

rum & Clarissimorum

VESTRORUM

quentissimus

R.

VIRO Perquam Reverendo atque Clarissimo,


Dn. HENRICO LEVANO,

Sacellano in Sagittu vigilantissimo,
PARENTI OPTIMO.

Cuique officia, non solum humanitatis, verum etiam
perfecta, injungunt, honorem & que ac obedientiam,
Parentibus a filiis esse praestandam; quum hi illos non
solum vita auctores agnoscant; verum illorum quoque
in iis educandis, & commodiis eorum quibuscumque pro-
movendis, assidua versetur opera. Hinc etiam ego
bac in re, officio meo deesse, religioni duxi, maxime-
que quum Te Paren Optime, anxio studio & labo-
re, & propria insuper informatione, fundamenta fu-
ture felicitati meae jecisse, recorder. Hinc Tibi, fru-
ctum operis Tui exspectanti, satis maturum praestare
nondum valeo, verum interea obsecro, velis patienter
exspectare illud tempus, quo, si Numini videtur, ado-
lescat. Interea meum erit, crebris DEUM fatigare pre-
cibus, velit eosque amos tuos, quamvis jam ad senectu-
tem vergentes, incolumes servare, donec exspectationi
Tuæ, ex voto satisfiat. Permanebo

PARENTIS OPTIMI

Filius obedientissimus,
E. J. L.



APHORISMUS I.



Inixerunt veteres ens quoddam,
quod animam mundi invoca-
runt; cuius in denominatio-
ne quamvis varient, quoad
remplam tamen conveniunt.
Hanc esse spiritum quendam
æthereum, per totum mun-
di systema diffusum, genitorem animarum ho-
minum, omniumque præterea effectuum natura-
lium caussam & moderatorem; & consequenter
æquali in mundo, atque anima in corpore hu-
mano, pollere vi atque dominio, ultiro accredi-
derunt. Hujus hypotheseos fidissimi propugna-
tores, inter alios eminebant Plato & Stoici.

A

APH. II.

HUJUS si ipsa inquisiverimus incunabula, ad Platonis demum tempore illa repetere non licet; quum olim jam Hebræos, multa de Sandalphone suo commentatos esse constet. Hinc Judæorum Cabbalæ, haud dissimilem gloriantur modulum; his enim æque atque Hebræis, prædictus viguerat Sandalphon.

APH. III.

POstmodum haud exqua cohorte securi Physici Mosaici, idem asserebant; qui ex historia creationis, atque ex illa constitutis tribus rerum naturalium principiis, materia, spiritu & luce, existentiam spiritus mundi adstruere conabantur; maximum robur assertioni suæ, tam ex Gen. I. v. 2. quam pluribus etiam Scripturæ Sacrae locis aliis haustum pollicentes

APH. IV.

QUIEQUID itaque attinet Hebræos, eos æquales cum Platone, archæo huic attribuisse proprietates, ex collatione scriptorum ejus ævi liquet, quamvis ejusdem cum Platone, in Physicis peritiae non fuerint, adeo ut abstrusiores naturæ effectus, ipsis æque innotuerint, quorum caussam spiritum hunc esse voluerint,

APH. V.

APH. V.

Porro, stante communi, tam Hebræorum & Judæorum, quam Platonis, Stoicorum & reliquorum ejusdem farraginis, de statuendo spiritu naturæ, consensu; ad illam ejus proprietatem, qua dicitur animas hominum generare, accurate dispiciendam nos convertimus. Quis itaque mente sanus, tam crassi esse posset cerebri, ut manifestissimam contradictionem, inter ~~ad~~ esse nudum spiritum æthereum, & tamen generare posse animas ratione præditas? Quomodo dare potest alteri, quod ipse non possidet?

APH. VI.

Si vero ad Cabalistas, tanquam hujus hypotheses propugnatores non minimos, attenderimus; ipsi negant, archæum hunc esse, ut propriis eorum utar verbis: ratione instructum. Buddæus in introduct. ad hist. philot. Hebræorum p. 288, tantoque magis, dilabitur proprietas, qua animas humanas progignere creditur.

APH. VII.

Porro, effectus naturales dispiciemus, & quali justi & veri specie, ex principio hoc Hylochico, potuerint deduci. Si haec valeret hypothesis,

pothesis, non solum omnis vis corporum insita,
& per essentiam determinata, denegaretur; ve-
rum etiam communissima attributa, tollerentur,
adeoque externa quædam adderetur causa, cu-
jus facies fere cadent esset, arque Astrologia
Chaldaeorum.

APH. VIII.

Nam omnis cognitio, quam de corporibus
habemus, nütitur experientia: si itaque a-
liquid statuendum erit ope experimentorum, uti-
que ad res ipsas, & earum indolem investigan-
dam, illa erunt extendenda.

APH. IX.

Si itaque huic hypothesi obtemperandum fo-
ret, etiam doctrina de legibus motus, pla-
ne nullius fieret momenti, quam tamen omnes
nostræ ævi philosophi tuentur, & sic, in totum
& tantum, universa nostra everteretur philoso-
phia.

APH. X.

Hinc nec opus est, aliquem ut admittamus ar-
chæum; quamdiu enim aliter explicari pos-
sunt eventus naturales, tamdiu non opus est au-
scultare chimæræ, ne minima quidem affinitate
cum ipsis rebus conjunctæ.

A.

APH. XI.

APH. XI.

Hujusmodi rerum statu, frustra essentiam corporum rimari laborarent erudit. Nam quid illa opus esset, aut quid prodesset? quum omnium effectuum causas, ne ex rerum quidem superficie, multo minus ex intimis earum penetralibus, elicere cuperent.

APH. XII.

Quanta insuper hinc emerget cœcitas, ex allatis liquet; Nam considerantes corporum phænomena, sine ullo reflexu ad ipsorum essentiam, vano se accumulare videntur negotio.

APH. XIII.

Porro, si spiritus hic, tantum in mundo exercere posset imperium, utique etiam esse deberet causa vicissitudinum tempestatum, e. g. frigoris, caloris, pluviax, ardoris, aliarumque temperaturarum Atmospharæ, quæ tamen omnia, divina requirere attributa, quis est, qui dubitare velit?

APH. XIV.

Quandoquidem jam, tantopere commendatur opera hujus spiritus, & quidem per omnia tria naturæ regna; alia non inquirimus, sed scire duntaxat volupe esset, qualis ejus ad vegetabilia

bilia sit concursus, & num vere is constituendus
causia mutationum illarum, per quas emaretur.

APH. XVI.

Hoc si urgeret quis, denuo propullularet quaestio, cur non & que omnibus, quae ab illo fieri creduntur, praestet locis? experientiae enim consonum est, aliis sapissime locis, eodem tempore, fruges gelu marcescere, aliis e contrario conservari.

APH. XVI.

Et quum solidissima, quisque convictus sit experientia, tam vigorem & pinguedinem frugum, quam resistantiam illarum adversus quavis sibi imminentes injurias, ex indole terræ, ejusque majore vel minore fœcundatione esse expectanda; hinc etiam frustra statuitur anima illa mundi.

APH. XVII.

Plane etiam impium, injurium, imo detestandum foret, mendicantibus robur ex perversa Scripturæ Sacræ interpretatione assentiri; hac enim re, non solum Christiana enervaretur religio, verum etiam Numen sanctissimum violaretur, præsertim quum istiusmodi figmentum, vel pro ipso Deo, ut Stoicis, vel pro persona Spir-

Spiritus Sancti, vel etiam pro spiritu quodam ab ipso prognato, aquis incubante, uti Mosaicis libuit, reputaretur.

APH. XVIII.

Ulterius de hypothesi hac hylarchica, illud tenendum, non sufficere solum dixisse, dari istius modi spiritum naturæ; sed demonstratu opus esse.

APH. XIX.

ET quamvis iam satis exiguo, & ferme nullo, nitatur assertio eorum fundamento; possibilitatem tamen urgent; quam si vel etiam illis concederemus, inde tamen non licebit surgere, ne ad probabilitatem quidem, multo minus ad infallibilem, si salva res manebit certitudinem;

T A N T U M.



LA nouvelle de cette savante dissertation, que vous allez donner au public, me fait rompre le silence, pour vous témoigner la joie parfaite, dont je suis pénétré, à l'occasion d'une entreprise aussi noble & aussi digne de l'aprobaion de tous ceux, qui aiment les Sciences. Vous voullez bien permettre, Monsieur, que je vous en félicite du fond de mon cœur, & vous pardonnerez s'il vous plait, à la simplicité de mon style, en faveur des sentiments d'une amitié à toute épreuve. Votre mérite, Cher Ami, n'est déjà que trop connu, votre savoir ne tardera gueres à éclater aux yeux du public, & les aplaudissemens dont vous allez être comblé, l'uppleroent abondamment au défaut de mon éloquence. Il ne me reste ainsi qu'à vous souhaiter toutes sortes de prospérités, & de contentemens, avec les recompenses dignes de vos veilles, & de votre application aux études. En attendant, ayez la bonté de croire, que j'ai pour votre vertu cette affection & cette estime, que vous faites naître dans l'ame de tous ceux, qui vous pratiquent, & que je suis avec une considération tout particulière.

Votre très obéissant serviteur
CHRETIEN CAVANDER.

Frater Dilectissime.

Facilis & jucunda, plerumque esse solet pergentibus via per compendia, radios a vero per ambages. At quam haud raro contingat, ut vitaturi anfractus, in noxias incident syrtes, satius illas erit preterire, quam periclitari. Ad hec te mi frater attendisse, nemo est qui negabit, quando cuique consideriter, te, praesenti dissertatione, corporum phænomena, ex intrinsecis eorum, potius, quam ex externa quadam causa profici, asseveratum ire. Quamobrem, quum utilia, non semper comparatu sint facilia, adspicer incepitis tuis Numen T. O. M., illaque sic dirigat, ut incubrationum tuarum, finem olim sortiaris exoptatissimum!

sic animitus vovet frater tuus fidissimus,
HENRICUS GUST. LEVAN.